



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

41. An gesta Iudicis habentis titulum coloratum sint valida?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

paternam correctionem & potestatem,
 quam pater in filios habet, & ex alia parte
 semiplena probatio delicti sufficit ad hæc
 præstanda, ut optimè notat *Suar. to. 4. de*
Relig. lib. 10. cap. 10. n. 14. & cap. 12. n. 37.
 Quando verò obligari possit subditus ad
 denuntiationem judicialem dictum supra
 num. 33.

41. Cæterùm de persona & officio ju-
 dicis, eorumque qui ad actum iudicii con-
 currunt ad huc nonnulla restant expli-
 canda, quorum illud primum est, an gesta
 Judicis habentis solum titulum colora-
 tum sint valida? Titulum coloratum vo-
 camus, potestatem, seu collationem, quam
 Judex putativus à potente aliàs conferre
 accepit invalidè, vel invalidè retinet ob
 defectum, qui vel in collatione, vel post
 eam intervenit. Ita Panorm. *in cap. nihil. de*
elect. & DD. communiter. Hoc prænotato.

ASSERO gesta juridica à Judice puta-
 tivo habente titulum coloratum esse va-
 lida, ex communi DD. apud *Less. lib. 2. de*
justit. cap. 29. Canonist. passim in cap. nihil. de
elect. Et Jurist. in L. Barbarius. ff. de offic. Pra-
tor. Et probatur manifestè ex *tit. L. Barbar.*
 ubi

ubi

ubi acta eius, qui servus existens (& per consequens incapax jurisdictionis) Romę Prętor factus fuerat, ubi eius conditio ignorabatur, decernuntur esse valida. Idemq; decernit jus Canonicum *Canon infamis* 3. §. 7. ubi ait. Servus dum putaretur liber ex delegatione sententiam daret, quamvis postea in servitute deputatus sit, sententia ab eo dicta rei judicę firmitatem tenet. Ratio autem constituendi huius juris fuit, quę assignatur in *L. Barbarius*: quod hoc fuerit moraliter necessarium ad bonum commune, difficile enim valde foret tam multa acta rescindere, cum tanto multorum scandalo, & incommodo quę orirentur, si acta quę quotidie fiunt, v. g. confessiones in foro Ecclesię, & contractus in foro civili per eiusmodi Iudices putativos deberent rescindi, tanquam invalidi, ideoq; ad hęc avertenda jus in singulis actibus censetur illi tacite assistere, ac jurisdictionem concedere. Hac tamen limitatione adjuncta, ut titulus coloratus adjunctum habeat populi errorem, quo Iudex ille putativus existimetur verus Iudex adeoq; defectum eius,

per
 me
 itio
 . I
 in
 etur
 ret,
 atus
 fir-
 en-
 Bar
 ces-
 e e-
 de-
 in-
 uo-
 cle-
 ius-
 cin-
 ver-
 t illi
 ace-
 , ut
 po-
 exi-
 m e-
 ius,

ius, ob quem invalida est eius iurisdictio,
 oportet esse occultum, ut manifestè col-
 ligitur ex *L. Barbarius. & Can: infamis. &*
comm. DD. in Gl: citata L. ita eam interpre-
tantium. Et ex illa L. 3. ff. de supell: Leg. Error
us facit. Deindè oportet, ut sit error com-
 munis probabilis, ut docet *Abb: cap. verita-*
tis de dolo & cont: non autem error com-
 munis crassus, vel supinus, hic enim scien-
 tiæ comparatur. *cap. 2. de const: in 6.* Cense-
 tur tamen cõmunis error, etiamsi in alio
 loco defectus ille publicus sit, modo in
 loco, in quo fit iudicium, defectus sit oc-
 cultus cõmuniter: quod addunt plerumq;
 DD. quia error privatus unius, non ha-
 bet subsidium à iure. Atque ut ius assisat
 defectui, qui irritam reddit collationem
 iurisdictionis, præterea exigitur, ut defe-
 ctus sit eiusmodi, in quo dispensare possit
 saltem Princeps supremus, undè si defectus
 fuerit juris Divini, vel naturalis, acta Judi-
 cis erunt irrita: quia ius Pontificium & ci-
 vile supplet eum defectum dando iurisdic-
 tionem in illo actu: atqui in impedimen-
 tis, quæ juris divini sunt, aut naturalis neu-
 trum ius potest supplere defectum cum in-
 ferior

ferior in superiorem potestatem non ha-
 beat: ut proindè fœmina aut Laicus inva-
 lidè obtinens Parochiam, non possit vali-
 dè absolvere, tametsi ab omnibus Paro-
 chus habeatur: *ut habet Panorm: in cap. 2. de*
Presbyt. non baptiz. Nec urget, quod ali-
 qua etiam inconvenientia sequerentur ex
 eo, si cessent acta Judicis putativi, qui ac-
 cipit officium à non potente illud con-
 ferre, & vulgò putatur illud accepisse va-
 lidè: neq; enim hinc inferri debet jus sup-
 plere defectum jurisdictionis, ut supplet
 in Judice habente titulum coloratum,
 quando potestatem accepit à potente ju-
 risdictionem conferre: quia in hoc casu
 secundo, saltem tot, & tam gravia non se-
 quuntur incommoda, sicut in priori; in
 quo sequeretur, quod si aliquis in validè
 fingat se Legatum Papæ exhibendo Bul-
 lam falsam in testimonium suæ potestatis,
 eo ipso eius acta fore valida in utroq; fo-
 ro, ac si esset verus legatus Pontificius. I-
 tem eos, qui se fingunt Episcopos & illâ
 fictione rudes decipiunt, non habituros
 minorem valorem in actibus jurisdic-
 tionis suæ circa illos simplices quam si essent
 veri
 veni
 vend
 frau
 D
 muni
 ratur
 scopo
 nem,
 jus af
 di sub
 gò. I
 am: c
 est im
 feren
 tem c
 nè ta
 perio
 eo ip
 & Pa
 præc
 causa
 Paro
 tum,
 roch
 cense
 tia

veri Episcopi: quæ certè summa incon-
venientia sunt, conducerent enim ad fo-
vendos nequissimos deceptores in suis
fraudibus.

DICES si uni, dum est occultè excom-
municatus, aut simoniacè electus, confe-
ratur Parochia ab Episcopo, tunc in Epi-
scopo non est potestas validans collatio-
nem, & tamen propter bonum commune
ius assistit, adeò, ut acta Parochi huiusmo-
di subsistant, ut tenet *Less: hic num: 66.* er-
gò. Respondetur negando consequenti-
am: quia licet in tali casu Episcopus, qui
est immediatè Superior, & immediatè con-
ferens beneficium non habeat potesta-
tem dispensandi in illo impedimento, be-
nè tamen Pontifex, quia est mediatuS Su-
perior, & proponendo illum Episcopum
eo ipso præcipit subditis recipere ipsum,
& Parochos ab eo constitutos, & ne hoc
præcepto suo saltem mediato Pontifex
causa sit detrimenti subditis recipientibus
Parochum, ipse supplet defectum occul-
tum, & dat valorem gestis per ipsum Pa-
rochum existimatum: quod nequaquam
censetur facere Pontifex, quando aliquis

X

ex ma-

ex malitia Parochiam invadit, & absque
 authoritate Pontificis immediata, vel me-
 diata: eò quod tunc non proponat illum
 populo, nec cooperetur detrimento,
 quod sequitur subditis, cuius impedimen-
 ti causa est adæquata ipse intrusus, & in-
 trudens præter Pontificis voluntatem.

42. Alterum, quod disputandum re-
 stat est de Judice probationes habente, &
 contrariam probationibus non facti con-
 scientiam, an eum condemnare possit, &
 num etiam, non citatum, nec auditum?
 Supponunt autem omnes id non posse
 Judicem inferiorem, cum is in lege Supe-
 rioris dispensare non possit, maximè in re
 tanti momenti, sed debeat servare ordi-
 nem juris: est autem lex 1. ut nemo con-
 demnetur inaudit^o. 2. ut nemo condem-
 netur sine testibus. Difficultas ergò est de
 supremo Principe: quem id posse affir-
 mat Covar: *lib: 1. var. resol: cap. 1. n. 7. Felin:*
in cap. pastoralis, de potest. Iud: deleg: Verùm
 contraria nobis placet sententia, etiam
 quoad supremum Judicem, quando cri-
 men omninò occultum est, vel in iudicio
 probari non potest. *Less: lib. 2. cap. 29. n. 11.*

Move-